

**A** Ferro homines cædunt, ignis late omnia uastat;  
aut præteritorum, ut illud,  
Curetes pugnam simul, & toliq; ciebant;  
sed futurorum neutram illud enim,  
Ille dies aderit, quo procidet Illos alta.

non historia, sed potius diuinatio dicenda est. Empirici præteritorum historia frequentius usi sunt: sic enim eam definiunt. Historia est rerum sæpius circa eadem probatarum narratio. Sed cōtra ipsos ita dicendum: Si omnia in historia narrata uera esse affirmat, aliquem profecto iudicem habere debuerūt, qui recte historiam institutam esse indicaret: uerum, cum non ita res habeat, aliquid dijudicandæ historiæ instrumentum reperiendum est, quo uera à falsis discreturi simus. etenim circa idem non solū medici dissident, immo & contraria opinantur. febricitantes enim adeo nonnulli inedia macerabant, ut ne aquam quidē concederent: nonnulli ab initio cremorem hordei propinabant, nonnulli summopere cauebant, ne unquam hordeaceo uictu laboras uteretur. Petronas autem & suillas carnes assatas exhibens & uīnum nigrum meracius ad uomitum compellebat, & frigidam ad laborantis arbitrium potui dabant. Apollonius uero atq; Dexippus Hip-

B pocratis auditores neq; aquam propinabant, nedum uīnum: præparauerant enim scyphos quosdam cereos numero duodecim, ut essent singuli heminæ sexta pars, ex his duos trésue alternatim ægrotantibus dabant. Tanta igitur cum sit inter medicos controuersia, cur dijudicandæ historiæ instrumentum aliquid comparari non debuit: quare, cum ipsos fateri coegerimus neque inutile esse historiam admittere (sic enim superuacuam esse historiā declarabimus) percunctabimur experientiæ, an ratione historiam iudicent. ratione quidem nequeunt, cum ipsam exterminent, & alioqui, quo percipiuntur hæc singula, eo & iudicantur. at experientia, quæ iuuant, deprehensa fuisse prædicant: experientia igitur etiam iudicari necesse est. quemadmodum enim in alijs, ita & hoc loco res se habet. Quidam in historia niuem refrigerare tradidit, si de historia sententia ferenda est, eodem instrumento utendum est, quo scriptor ille rem hanc deprehendit. Rationalis sane medicus per causam dijudicare historiam poterit. quodam enim in historia scribēte hominem distenta uasa & oppressa grauitate habentem, sanguinis profluvium superueniens ab instanti noxa liberat, & grauitatem hanc examinat, num uera sit, in causam symptomata inferentem respiciens, consideransq; num sanguinis profusio potens sit causæ resistere: inueniens ergo grauitatem distensionemq; à plenitudine prouenire, & sanguinis effusione plenitudinem inaniri, histo-

C riam ueram esse cognouit, nullaq; re alia ad hanc dijunctionem indiguit: ubi uero causam nanosciri non possumus, historiæ iudicium experientia committimus. si quis enim historiæ tradidisse uisus fuerit portulacam dentium stuporem discutere, huic rei iudicandæ experientiam adhibebit. Ad hunc itaq; modum empiricum necesse fuerit de historia per experientiam iudicium facere. q; si experientia historiam iudicat, efficitur superuacuam atq; inutilem esse historiam. Ceterum non nulli empiricorum dicunt, nos auctorati scribentium fidem habentes historiam iudicamus: Nobis uero interrogantibus, quomodo ipsorum auctoritatem æstimatis, cum ipsorum alijs in alijs fallantur, & alios emendent: respondent, Cum scriptor aliquis non ob inanem gloriam, neque decretorum amore compulsus, neque altercandi studio irritatus quicquam scribit, tunc uera ipsum scriptis mandare censemus. Hoc eorum dictum in primis facile refelli potest. contingit enim ob nullam ex antedictis causis, sed proprio errore ductum scriptorem quempiam historiam condere: num igitur, quia neq; gloriæ cupiditate, neq; sectæ suæ placitis fauens, neq; contradicendi gratia scripsit, propterea quicquid eius scriptis continetur, uerum esse dicendum est: Secundo, cum historiæ auctorem sapientem medicum esse autem, à iudicanda historia discedentes uirum sapientem iudicant: sed huiusmodi iudicium ad philosophos non ad medicos pertinet. Præterea un-

D de iudicium illud accipi potest, eum neq; gloriæ comparandæ, neque sectæ sua tuendæ, neque ri-  
xandi causa scribendi prouinciam suscepisse: Ulterius dum conatur, quo agnoscenda sit scriptoris auctoritas, declarare, instrumento ab ipsiis met repudiato utuntur: dicentes enim eum non gloria, nō concertandi causa scribere, causas exponunt, ob quas scriptori fides habenda sit. Quare, si non ob aliud quicquam, ob id saltem causarum uestigatio perutilis fuerit, nosq; etiam nihil plus quærimus, sed quæque res propter quid facta sit, curiose explorandum esse contendimus. quod sanè & ipsi in historia dijudicanda facere uidentur. nos uero propter quid quodque sit, uestigare consueuimus, atq; in totum causa ad rei naturam dijudicandam utimur, empirici autem ad mores scribentis dignoscendos: mores autem æstimare non medicorum, sed philosophorum officium est. Amplius & hoc aiunt empirici, non opus esse historiam experientia iudicare, idq; ita probat: quemadmodum uos Cretam insulam esse quibusdam scribentibus, Cretam esse insulam cognovistis, quamvis proprijs oculis ipsam nunquam aspexitis, ita & nos multis de ijsdem eadem sentientibus experientia ad historiam iudicandam non egemus, sed multorum opinioni accedimus. Nos istorum rationi occurrimus iam dicentes: Cretam esse his uerissimilibus argumentis moti credidimus, quoniam inde huc aliquis, iterumq; hinc illuc nauigat, quoniāque nonnulli Cretenses illic nostri amici sunt, ad quos etiam literas damus, & à quibus accipimus. præterea, quo-  
niam

niam omnes homines de ipsa licet inimicissimi idem referunt. de medicinalibus autem rebus nihil ferè inter medicos conuenit: cum præsertim inter omnes homines exiguis sit medicorum numerus: neq; solum dissentunt, sed & pugnatiſſima, ut paulo ante monſtrauiſus, opinantur. quo circa aliquo instrumento opus est ad diſjudicandū medicinalem historiam. Cæterum cum dicant empirici, quæ comprehenduntur, aliqua ſenſu comprehendendi, ut ruborem, alia per reminiſcentiā, ut ea, quæ notis quibusdam ac ſignis in memoriam reuocantur, per indicationem autem nihil di- gnoſci, ac neutrō ab ipliſ probato modo. Cretam eſſe insulam comprehendunt: nihil dubium eſt, aut ipliſ, Cretam eſſe insulam, non comprehendiffe, aut, ſi comprehendenderunt, tertium quendam alium comprehensionis modum reperiri. hæc dixiſſe ad ostendendum adeo ab ipliſ concelebra- tam historiam ſuperuacuam eſſe, abunde ſit.

*Quod nihil utile ab historia Empiricorum haberi poſſit.* Cap. XV.

**C**æterum nullius iuuantia ex historia haberi poſſe nō magno quis negocio proba- querit. quandoquidem obſeruatio, ut ſuperius tradidi, nō ſolum in lymphomatū genere & numero facienda eſt, ſed etiam in magnitudine & tempore & ordine: hæc autem describi ſine p- poſitiſ nequeunt: maniſte ſequitur historiam dari non poſſe: penes magnitudines autem & tem- pora, & ordines medendi conditionem diſferre probatum eſt. Verū, per quę coniuiſimus in con- cursibus obſeruationem fieri non poſſe, per eadem efficitur neq; historiam poſſe cōdi. neq; enim obſeruationem fieri non poſſe, poſſe uero non obſeruata describi quiſpiam dixerit.

*De tranſitu ad ſimile ſecundum Empiricos.* Cap. XVI.

**D**einceps de tranſitu ad ſimile diſputandum eſt. indiguerunt autē tranſitu ad ſimile empirici- dhac de cauſa. cum plurima & penē infinita eſſent, in quibus obſeruationes erant faciendo, et opem ferentia eſſent quoq; infinita, ac nemo poſſet in omnibus aut plurimis aliqua notare, id fuit in cauſa, ut historia tranſituq; ad ſimile egerent empirici: adhuc, quoniam rationales medici ipliſ obijecteſ aiunt, nihil æque artiſces, ac facilitatem in artib; copiamq; p- ræſtare, diſcipiūt: at uos unum in uno obſeruantes infiniti in curationib; eritis, aut plura in eodē obſeruare coacti, nunq; arte utemini. ſed aliqua ſemper notabitis. Hanc ipliſ obiectionem ita diluunt: Nos tranſitu ad ſimile utemur, ex quo nobis facultas copiaq; ſuppetit. uertiginoso. p. in humum procidente, ſanguineq; ob caſum effuſo, atq; ita morbo eo liberato, nos id notantes in altero uenam ſecabimus. Sed prium eos quiſpiam ſciscitabitur, unde ipliſ certiores facti ſunt ex ſanguinis profuſione & non ex ipſo caſu uertiginosum fuſſe sanatum. Sed nōdum aduersus eos quiſpiam afferre tempus eſt prius, q; quot modis tranſitu ad ſimile utantur, oſtendero. Dicūt itaq; ſe tranſitu ad ſimile uti, non G nunq; ab auxilijs ad auxilia, nonnunq; à locis ad locos, nonnnnq; à uitijſ ad uitia: ab auxilijs quidē ad auxilia, ut quando mepilum uice cotonei torminosis adhibent: à locis autē ad locos, ut quando ea, quę in muſculosis aut neruofis membris obſeruarunt, talibus etiā applicuerunt, quemad modum, exempli cauſa, à femore ad humerum transferimus: à uitijſ uero ad uitia ita tranſeunt, ue- luti cum remedia ad ſanguinis effluuium probata ad Hæmorhi morſum accipimus. tot ſanē mo- dis tranſitu ad ſimile utuntur empirici.

*Tranſitus ad ſimile Empiricorum impugnatio.* Cap. XVII.

**V**erum ipliſ libenter interrogem prium de auxilijs, quo modo ipliſ utantur, num faculta- tis aut qualitatum inhaerentium ſimilitudinē attēndentes. ueluti cū mepilum pro cotoneo auſſumunt, num aſtrictione ſimilia eſſe putantes accipiunt, an quia rotunda ambo, colore, tactuq; ſimilia conficiunt: Si facultatē (aſtrictionem dico) attēndentes ſe tranſitum facere aſſerēt, ſe cauſas aſtrictionis, per quas iuuantia proſunt, explorare fatebuntur, ſimul autem cum iuuantium fa- cultate & nocentiū facultas addiſcitur. Quinetiam & plus quiddam eos perſcrutari oportet, non ſolum, q; mepilum adſtrīgat: complura enim eadem uī p- rædicta ſunt, quæ propterea non idem p- ræſtant, ut æris ſquammina adſtrīgēs & membra repurgat: nam, ſi piper calefaciendo iuuare co- gnitum ſit, iam pro certo ha- betur, quod in p- ræſentia no- cet, frigiditate officere: Si autem qualita- tum ſimilitudinē ſpectantes ſimilia ſe deligere profiteant, utrum dicemus, ſi omnes qualitates ſimi- miles ſint, ita ſimilitudo attēnditur: at id prorsus eſſe nō po- teſt, ut aliquorū omnes qualitates ſimi- les ſint: ſic. n. eadem eſſent, non ſimilia. Certum igitur eſt eos aliquarum qualitatum ſimilitudine inſpecta tranſitū ſe facere diſturos. aut igitur plures (dicemus nos) aut totidē, aut pauciores qua- litates ſpectātes tranſibit: ſi pauciores, fermē omnia ſimilia fuerint: in aliquo enim omnia cōcor- dant: q; ſi totidem aut plures, cur in ſanguinis effluvio (dicemus) quemadmodum porri coma uī ſit, non item & allij & cæpæ comam adhibuiſtis: hæc enim in plurimis ſimilia ſunt. & in pernio- nibus pariter quare, quemadmodū ſapa, non item & raphano ei malo ſuccurrifit: p- ræterea & ſto- macho imbecillis, quare abſinthio carentes, non & marrubij ſucco medemini: ferē enim hæduæ herbæ nō differunt. itē aqua ſuffuſis quam ob cauſam pleruq; uice raphani rapā non exhibent: Atq; in uniuersum conſiderandū eſt aliquod obſeruatis ſimile contrarias tñ uires ha- bere: ipliſ ſe percontari opus eſt, p- p ſimilitudinē ne iſdem morbis hæc remedia conduceat, ſimilitudo uero ſit ſenſibus (ut ipliſ reputant) iudicanda. hoc idē argumentū aliquis in reliqua ipliſ decreta con- torquere poterit: nā protinus ipliſ oſtendendū eſt neq; à ſymptomatis ad ſymptomata, neq; ab af- fectibus

**A**fectibus ad affectus eos trāsire posse. nunquid enim symptomatum similitudinem in facultate attenditis: hoc uero negabunt, non enim facultatem symptomatum, sed sensū manifestam similitudinem explorāt. utrum igitur plurim⁹ symptomatum, an totidem similitudinem: at phlegmone & scirrh⁹ in plurim⁹ sunt persimiles, sed nihilo minus fermē contrariam, nihilq; consentientem curationem postulāt. sic etiam oedema, & ramex, struma, & meliceris magna similitudine inter se conueniunt, sed medendi ratio maxime distat. præterea ex uenæ fractura sanguinem reh̄cientes omnia fermē symptomata illis quā simillima habent, quæ sanguinem ob erosionem aut apertio nem spuentibus insunt: non tamē iccirco eadem medicatio omnibus idonea est. Atq; ea ferē, quibus empiricorum ad simile transitus confutatur, persecuti sumus.

De transitu ad simile secundum rationales. Cap. XVIII.

**N**unc uero declarandum supereſt, quo modo rationales transitū ad simile usurpare ualeant, quod alij non ad simile transitum, sed analogissimum nominare consueuerunt: nam ad simile transitum pertinere ad empiricos afferūt, modum autem illi proximum analogissimum uocant, quem rationalibus familiarem esse testantur. Verū nos aduersus nomina mutates minime pugnamus, sed rem ipsam proponemus, cui quisq; suo iure nomen imponat. Itaq; symptomatum aliqua causas, aliqua passos locos, aliqua facultates, aliqua ægrotates ipsos subsequi statuimus. hæc rationalis omnia distinguit, noscitq; ubi obseruandum sit nēcne. q; alia uero adsint, aut absint, non laborat, cum nihil ad medelam conferant. cumq; concursus in aliquo inutili symptomate uariare uidetur, haud secius īsdem utetur, ac si penitus assimilis concursus esset. At empiricus, quia confusum ex omnibusq; aceruatū concursum obseruat, facultate discernendi symptomata carens, quo cunq; ex illis deficiente, abundantēue, perinde atq; concursu etariante, diuersa quoq; curandi ratione uti debet, ignorans in nonnullis symptomatum, defectu affluxū concursum re uera permutari, ut in phlegmone, scirrho, oedemate, atq; ramice: in nōnullis autem minime. nam in ijs, qui à priore parte conuelluntur, & in ijs, qui à posteriore, quos Græci emprosthotonicos, & opisthotonicos uocant, differre quidem concursus uidetur, sed, quoniam patientis symptoma est, nō cauſe, non loci, non facultatis, ideo non fit diuersa curatio. id quoq; ignorat empiricus, nonnunquam similem esse concursum, non tamen iccirco eadem curatione esse utendum. Ecce enim totidem similiaq; symptomata in sanguinem reiectante ex fractura, ex apertione, & ex erosione reperiantur, esto etiā tussis in singulo istorum eadem, & projecti sanguinis copia sit æqualis, aliaq; etiam sint consimilia, nihilo minus tamen differēs curatio adhibebitur. Quamobrē rationalis medicus utilia symptomata ab inutilibus distinguens, səpius dissimili apud multos apparente concursu eadem medicamenta sectatur, ueluti quidam emprosthotonicī, id est in priorem partem distenti, & opisthotonicī. i. in dorsum distenti, & tetanici, id est æqualiter in utranque partem conuulsi, isti diuersum concursum habere uidentur. At rationalis intelligens sanguinis ( si ita forte euenerit ) copiam in causa esse, musculorumq; esse uitium, et eundem esse morbum ( phlegmonē enim ) eadem medendi uia incedet. sola enim prædicta symptomata notat, sed patientis symptoma tanq; inutile repudiat. Nam in priorem, aut posteriorem, aut æquabiliter in utranq; partem conuelli patientis symptoma est, quod obseruatum nihil in curādo utilitatis afferit, quemadmodum necq; lachrymari. Contra nonnunquā simili apparente concursu, iste uero penes diuersam causam differenti curatione utitur, ut in illis, qui ob erosionem, aut fracturam cruenta ore mittebant: partiens enī symptomata rationalis, ad utile indicatiā respiciens, atq; utilia tantū symptomata diligens, auxilijsq; aduersus ea pugnare ualentibus utens, plerunq; diuerso apparente concursu, eodem ipse modo curabit: aut contra, simili apparente, diuersam curationem adhibebit. curatio nanq; remedia causis symptomata generantibus aduersari ualentia admouet. Rationalis itaq; unumquodq; auxiliū morbiferis causis aduersariorum comprehendit, & cui symptomati resistere ualeat, non ignorat eo, q; concursum, ut iam diximus, partitus est. At empiricus in confuso aceruatoq; concursu iuuantia obseruans, quid cuī resistere aptū sit, discernere nequit: id ignorans uero transitū ad simile uti non potest: secundum quid enim iuuans proſit, & ipſe ſe ignorare fatetur.

Quo modo rationalis utilia symptomata ab inutilibus ſeparet, transitumq; ad simile faciat. Cap. XIX.

**C**æterum quo modo ( dicet aliquis ) utilia symptomata à uanis distinguit rationalis? ad indicatiā proposita referendo, respondeas. cum enim quædam symptomata propositum uile indicans manifestantia, quædam uero id non præstantia cognouerit, utilia ſane adnotat, alia dimittit: ex huiusmodi uero utilium symptomatum perceptione transitus ad simile facultas exoritur: quandoque autem non integrum curationem, ſed aliquam eius particulam transponit, quemadmodum enim concursus, ita & curandi rationem distinguit: atque in primis perspicuum habet, quænam curationis auxilia symptomatis à causis illatis aduersantur, quæ symptomatis à loco, facultatēue productis. ſciens nanque hoc symptomata à causis enasci, iſtud à locis, id uero à facultate, à cauſa præterea auxiliū genus indicari, à loco utendī modum, à facultate ( ut ita nunc ſtatuum ) mensuram, ſi quidem eadem cauſa ſit, & cauſam prudentia ſigna appareant, ſed neque locus idem ſit, neque facultas, idem utiq; remedij genus accipietur, ſed utendī ratio & mensura mutabitur: contra, ſi cauſa planè diuersa fuerit, ſed locus & facultas ſint īdem, non idem auxiliū

## GALENI DE OPTIMA SECTA

48

auxiliū genus, sed utendi ratio & mensura eadē seruabitur. Postq̄ igitur rationalis medicus & con-  
cursus & curationes metiri est idoneus, potest secundum concursuum similitudines aliquas cura-  
tionis partes, prout ipsi uidebitur, commutare. At Empiricus neq; causam, neq; causarum, aut lo-  
ci, aut facultatis proditoria symptomata rimatus id neutiq; facere poterit, quo circa neq; transitum  
ad simile in curando rite usurpauerit, quandoquidem, quo modo inter se concursus sint similes,  
ignorat. ideo neq; medicationem partiri ualet, neq; remediū præsentī symptomati occurtere po-  
tens adhiberet, q; si id se posse facere affirmat, ut scilicet & cōcursuum symptomata, & curationem  
partiatur, quid unumquodq; prodest atq; officit dignoscens, se abditarum causarum contempla-  
torem esse fatebitur. quod si hoc, & ab indicatione se remedia posse capere confirmabit.

*Summa dictorum contra Empiricos.* Cap. XX.

**Q**uamobrem, cum ea, quibus Empiricorum secta insignitur, atque informatur, frustratoria  
sint, atq; esse non possint, obseruatio scilicet, historia, & ad simile transitus, obseruationem  
quidem ratione carentem inutilem prorsus ac per se subsistere nequeunt ostendemus: inuti-  
lem, quia rationis usus exigitur, quibus symptomatis curatio sit adhibenda, declarantis. neq; in o-  
mnibus aut iam præteritis, aut ægrum in præsentia uexantibus obseruationem faciendam autu-  
mant: id uero effici non potest, ut, plura cū sint, omnia prorsus adesse, quò idem concursus emer-  
gat, reperiantur, genus inquam symptomatum, & numerum eundem, & magnitudinem, & ordi-  
nem, & temporis opportunitatem, & id genus alia. Historiam uero per hæc abundare probau-  
imus, q; experientia, quæ scribit, dījudicat: impotentem uero esse: magnitudines enim symptomata  
tum, atque tempora ascribere nequit, sine quibus prosperi medicamenti nulla est comprehensio.  
Ad simile autem transitum eo argumento sustulimus, q; ipsum necessario in salutarium, pernicio-  
farumq; facultatum inquisitionem dirigere oporeat.

*Aduersus methodicos disputatio, & primū in quo dissentiant, & in quo concordent sectæ.* Cap. XXI.

**C**æterum, postq; hactenus Empiricorū decreta, ueluti per summam, refutauimus, modo su-  
pereft ultima acies cum methodicis depugnanda. Verum aduersus eos pugnaturus omniū  
sectorum cōes sententias cōcedat, necesse est, quod autem illis cum cæteris cōtrouersum est, con-  
uellat. Empirici igitur ab indicatione remedia sumi nō posse aduersus methodicos astruere cona-  
buntur: Nos uero ab indicatione remedia sumi posse concedimus, sed ab euidētibus indicationē  
enasci non itidem ipsiis condonabimus: adhuc illud methodicis assentimus, neq; ab uno sympto-  
mate, neque à pluribus indicationem produci: rursus uero illud negauimus: inutilia in totum esse  
symptomata: nobis enim symptomata plerunque ea significare uidentur, quæ salutare auxilium G  
patefacere ualeant. sed ad docendam indicationem penitus superuacua symptomata arbitramur.  
Huiusmodi uero sunt methodicorum instituta. cum eadem symptomata sint, affectus autem,  
quibus hæc inhærent, differunt, non eadem medendi ratione utendum est. exemplum de phre-  
nitide afferunt, & ea, quæ sub astricto, & ea quæ sub fluxo genere collocatur. item, si h̄dem sint af-  
fectus, symptomata differant, eadem, inquiunt, curatione utemur, ut in cōst̄arum cerebriq; phleg-  
mone, si utraq; sub astrictionis genere uitia sunt: Quāndoquidem igitur eadem symptomata cū  
sint, dissidente tamen ratione in medendo utimur, cumq; illa differunt, eodem nonnunq; modo  
curamus, ideo prorsus inutilia ad curandum symptomata esse aiebant. sublati enim affectibus si-  
mul & symptomata pereunt: positis & ipsa perdurant. hac de causa utiles esse affectus aiunt, qui  
hæc exorientes producunt: euanescentes interimunt, at symptomata inepta, quæ erga affectus  
nulla uī prædicta sunt. quod si quicquā symptomata indicare dicāt, utile nihil sed potius noxiū:  
quemadmodum febris refrigerationem indicat, aut medius fidius potionem dandam, uel uini cu-  
piditas aut balnei, uinum exhibendum, & in balneum ducendum esse declarat. quapropter, cum  
symptomata nihil, aut saltem nihil utile, sed potius detrimentosum ostendant, iccirco sympto-  
mata rej̄cim̄us, inquiunt, morbos autem, utpote utile indicare ualentes, admittimus. Interrogant H  
præterea huiusmodi quasdam ratiunculas, ut à iuuantium numero symptomata excludenda esse  
confirment. Si idem contraria non indicat, qui uero astrictione fluxuq; afflictantur, cōtraria ope-  
indigent, profecto afflictatio conferentium indicationem non generat. Sed in ipsis hæc ratio fa-  
cile reflectitur, per quam neque morbus quicquam indicare probabitur in hunc sanè modum: Si  
corpus frigore corruptioneç astrictum diuersa medicamenta requirit, idem uero diuersorum esse  
indicatiuum nequit, igitur astrictio conferens non ostendit. Alia etiam uia methodici interrogat: Si  
differentia idem nō indicant, febricitantes uero ac tuſſientes idem aliquando indicant, à febre  
igitur ac tuſſi conferentis non fit indicatio. At nos hæc etiam ipsorum rationem in ipsis ita retor-  
quemus: Si bile astricti & laxati eadē remedia postulant, ac diuersa idem non indicant, efficitur  
astrictionem ac fluxum conducibile non indicare. Hæc ferè sunt, quæ à methodicis afferantur, ut  
inutilia symptomata demonstrent.

*Aduersus methodicos symptomata utilia esse probat.* Cap. XXII.

**V**erum enim uero à nobis primū declarandum est, methodicos per ea, quæ faciunt, utilia esse  
symptomata fateri: usum uero, quem symptomata præstāt, cum rationalem sectam expone-  
mus, exquisite declarabimus. Methodicos itaque symptomata in curatione conducibilia putare  
hinc

**A** hinc maxime patebit. Homines enim utcunq; insanientes tenebris loco continendos esse autumant, siue ob effluxum, siue ob astrictionem insaniant. lucem nanq; in insaniam addere arbitra tur. at ueterinos loco splendido detinendos, siue astrictione, siue fluxu laborent. tenebris enim ueternum augescere putant. Quo modo igitur, si nihil symptomata indicat, astrictione delirantes in tenebris uersabuntur, tenebris astrictione augmentibus, aut contra fluxu ueterinos in luce fluxu concitante remanebunt: in his enim mihi affectus negligere uidentur, solaq; symptomata intueri. Igitur qui inutilia fuerint ea, quæ tantam uim habent, ut proposita ista posthabere, neq; tantum posthabere, sed etiam contrarium, ac ipsa indicent, facere cogant: astrictione nanq; ut laxetur, nunciatur, isti uero in tenebris deliros cōcludentes non laxant: quin è contrario astringunt. fluxu etiam cohibitionem indicante isti ex fluxu ueterinos in lucem producunt, atq; ita fluxui incremētum adiiciunt. Ad hæc sanè respondent methodici, nō quia symptomata indicet, ideo se illa accipere, sed quia cōtra indicet, illudq; efficere, quod propositū imperet, prohibeant. id. n. contra indicans appellat, quod utile quidē indicat, id uero fieri, quod affectus postulat, non permittit. Ad hæc nos ita refellimus: Si cōtra indicantia inutilia cēsentur, facultas etiā à proposito indicatū plerūq; accipi non permittēs, inutilis putanda erit. sed facultatē nobis aliquid ad medelā conducibile suggerentem, tametsi & ipsa contra indicet, cōtemplari oportet. Quemadmodū itaq; facultatem cōtra indicantem ex usu esse statuitis, uobis pariter & symptomata utilia confiteri necesse est. præterea ridicule admodū phreniticis tenebras cōferre aiunt. nam, si tenebrae astrictione augēt, aucta uero astrictione deliriū maius facit, (crescūt. n. symptomata minūturq; cū affectibus) contra q; oporteat, faciūt, quæ: n. affectū, eadē & deliriū exacerbat. & de symptomatis sermonē satis abūde fecimus.

Ab affectibus utilis indicationem non sumi. Cap. XXII.

**M**odo neq; affectus conferēs indicare (ut opinantur methodici) ijsdem illis rationibus, quibus ipsi inutilia esse symptomata probare nitiebantur commonistrare decreuimus. Ita nanque asserimus: si ijsdem affectus sint, causæ uero differant, non eandem curationem admittiūmus. Urinæ nanque suppressio unus quidam affectus est, uerum si calculus sit in causa, excindimus: si phlegmone, cataplasmata illinimus: si uelicæ supra modum distentio, fistulam, quem cathetera nominant, imponimus, siue ut inquit Erasistratus, ægrum in genua statuentes, atque aphronitro extreum urinariæ fistulæ illinentes, & alia, quæ deinceps sequuntur. Sin autem ab affectibus conducibilium indicationes fierent, unus cum est affectus, eiusdem quoque conducibilis eadem forent indicationes, non sunt autem, neq; etiam diuersi affectus idem indicauerint. At, una cum C est causa, licet affectus dissident, idem curandi genus admittiūmus. choleram nanq; & arquatum morbos dissimiles esse uel ipsi confitentur, etenim astrictus hic, ille uero fluxilis morbus est, in utroque tamen fit inanitio. Quapropter, quoniam sublatæ causæ affectus auferunt, positæ consti tuunt, ac præterea diuersæ causæ, quamvis ijsdem sint affectus, diuersam, eadem, licet affectus euarent, eandem tam en curationem postulant, non iniuria nos & causas & affectus & passos locos exploramus. Possimus uero & hisce rationibus idem cōprobare, à discordibus scilicet causis eisdem affectum procreari, exempli causa astrictum. ignis nanq; in corpus incidēs superficiem den sat, id pariter frigus efficit, nihilominus hunc, qui idem affectus est, differenter curamus propter causarum differentiam. illum enim, qui ab igne est, calidis fomentis & cataplasmati crustas separare ualentibus sanitati restituimus: eum uero, qui à frigore, calefactorijs, attrectationibus, frictiōnibus, & id genus alijs sanare studemus. Quod si laxatorio utrūq; curandi genere sanari contendant, ita occurremus. Si idem est curandi genus, id si permuteamus, nihil errabimus, ut si ab igne, ægrotantem ijsdem calefaciemus, & frigore affecto eadem cataplasmata superdabimus, & medicamina ad crustas facientia adhibebimus. sed nequaquam ista facimus: grauiter enim læderētur. haud igitur eandem esse curationem dicendum est. Amplius, eadem causa diuersos morbos generat, plenitudo enim alias phlegmonem excitat, hæc uero astrictio est: interdum sanguinem profundit, at sanguinis profusio fluxus uocatur, neque tam en ob id, licet morbi differant, est diuersa curatio. siquidem in utroque euacuatio sanat, morbo contraria. quandoquidem non ab effectis, sed ab efficientibus, quemadmodum & ipsi profitentur, indicationes accipiendæ sunt. affectus uero causarū loco methodici habent, quod symptomatum effectui sunt. sed non qua causæ sunt, inquiunt, sed qua communites, uim habent indicandi, nihilq; uetare idem & pro causa & pro communitate & pro alio quopiam accipi, ut malum gustatile, olfactile, tactileq; est. cumq; ipsum dulce esse dicimus, non quatenus sub tactum uenit, dulce dicimus: haud secius affectus ab alijs enatos alia quædam producere quid impedit: quando uero ipsos indicare, inquiunt, asserimus, non quatenus affectus, aut aliorum effectui, sed quatenus communites sunt, ipsos indicare censemus. Quemadmodum igitur symptomata methodici, quoniam à diuersis eadem, & ab ijsdem diuersa proueniunt, nihil indicare commodi testantur, itidem & nos à diuersis causis eosdem, & ab ijsdem diuersos gigni affectus intuentes, eos ad utilium indicationem incommodos esse dicimus. neque enim unum idem semper indicat, alioqui urinæ suppressionem eadem semper uia toleremus. Ut igitur illi ruborem non indicare aiunt, quod effecti speciem ipsum reputent, sic & nos affectus ad indicationem nonnunquam causarum, nonnunquam effectorum inutiles esse

Isagogici.

e statuimus.

## GALENI DE OPTIMA SECTA

50

statuimus. Quispiam uero ita illis obijciat: Quid ruborem ipsius alterationem indicare negatis, E quandoquidem & cōmunitatem in ipso spectatis: in pluribus enim differentibus cernitis: quid aliud uero est cōmunitas, q̄ res in pluribus eadem: igitur, si indicat, & pluribus communis est, cur nō ab ipso alijsq; id genus symptomatis eidēter apparentibus indicationes accipitis, sed potius ab affectibus, astrictione scilicet & fluxu, nequaq; eidētibus? Quod si affectus, qua affectus est, indicat, maxime ridiculū fuerit affectū sensu comprehensibilē inficiari. Si fluxus itaq; & astrictione solae cōmunitates forent, uero proximū quis diceret, eas solas indicare dicens. uerū, cum & symptomata pluribus cōmunia reperiantur, quare & ab ipsis ituantum indicatio non oritur; Sin aut̄ respondeant, iecirco symptomata repudiamus, quia proximæ & necessariæ medentibus cōmunitates non sunt, nam eosdem affectus diuersis symptomatis eodē modo curamus, & diuersos affectus, etiamsi eadē symptomata fuerint, diuersa tñ, ut supra declarauimus, ratione discutimus. His de causis & nos (dicemus) idem in affectibus evenire cernentes, quod uos in symptomatis obseruatis, ueluti incōmodos & superuacaneos ipsos reijcimus. istud.n. probare, affectum uidelicet comprehensionē esse inutilē, abundans est & frustratorium. ad curationem.n. satis est causæ perceptio, loci uexati dignotio, & facultatis mēsura. sit' ne fluxus, an astrictione, superuacuum puto cognoscere, sed huiusmodi ratio posterius agitat, cum de usū affectū perceptionis differetur. F

Quid morbus indicet, & quid artifices requirant. Cap. XXIII.

**I**llud aut̄ aduersus methodicos dicendū est, Affectus, nō quid agendū sit, sed suā ipsorū sublationem destructionemq; indicare, quod sanè & quis uotis expetere possit. id uero nec uulgus, neq; brutæ animantes ignorant, morbos sublationem, sanitatem conseruationem indicare. Artifices sanè huiusmodi indicatione non egent, sed illa scire exoptant, per quæ languores pelluntur, & sanitas conseruatur. propterea illis opus habent, quæ particulatim remedia indicat, quibus accessit sanitas ac retinetur. Atqui per id artifices uulgo præcellūt, quod ea percipiūt, quibus particulatim remedia patefiunt. quandoquidem, si morbi sua ipsorum remedia edocerent, laborantes ipsi, per quæ ad sanitatem redirent, intelligerent. at istud ignorant, quid uero morbus indicet, certum habent, sublationem scilicet. quare pellendi morbi causa medicos acciri iubent.

Non morbos, sed causas medelam indicare. Cap. XXV.

**Q**uin & ex adhibitis auxilijs non morbos, sed causas medelam indicare agnoscendi facultas dabitur. auxilia nanc; non effectis, sed facientibus aduersantur, ut euacuatio multitudini contraria est, morbo uero nulli, ut phlegmonē aut febri. multitudine igitur euacuatione subtraeta simul & genitus per eam morbus tollitur. Sed non propterea, quod simul cum efficiente causa morbus recedit, auxilium morbo aduersari dicendum est. Possimus uero & ex symptomatum à multitudine atq; euacuatione orientū collatione, cui opponatur auxilium dignoscere. siquidē multitudo redundantia grauat, euacuatio redundantia subducens grauitatē tollit. deinde multitudo conceptacula distendit, euacuatio, ut subsidant, efficit, & collabant. alia quoq; remedia causis semper resistere inueniens, morbo uero minime. Amplius ex hoc quispiam dīdicerit, si neq; astrictione neq; fluxus auxiliū aliquid, sed potius affectū quendā indicent, & astrictioni contrarius fluxus est, nō inanitionē, sed fluxū indicabit astrictione, & fluxus astrictionē, quod igitur admittimus non idem morbo indicatur. at lādentes causæ sibi cōtraria demonstrant, quodq; ab ipsis indicat, admittimus. quo circa nō morbi, sed causæ, quod cōducit, aperiūt. itaq; nō prorsus incōmoda esse symptomata neq; à morbis conducibile, sed à causis indicari satis ample dilucideq; ostensum est.

An cōmunitates methodicorum sint evidentes atq; indicent. Cap. XXVI.

**D**inceps considerandum supereſt, cōmunitates, quas supponunt methodici, evidentes ſint nēcne, atq; utrum à cōmunitatibus indicationes accipi possint. Medicam igitur facultatem iuxta ipsorum ſententiam definiemus, evidentiū cōmunitatum cognitionē eſſe. evidens aut̄, nō quod ſenu percepitur, appellant, ſiquidem nulla diſpositio ſenu comprehenditur, ſed evidēs illi nominant, quod per ſe ipsum, licet ſenu nō ſubiacet, comprehendēti poſſit. nam fere manifestū illi evidēs uocant. Quapropter contradicens illud quoq; oſtentat, oportet, eos neq; Græcis nomini bus ſcire uti. Cæterum ne diſtiones uitio dare uideamur, ipsis concedētes evidēs ut lubet accipere, cōmunitates non ex ſe comprehensibiles eſſe declarēmus, in primisq; eorum ſecte principē Thessalum, cōmunitatum, ut nō ex ſe perceptilium, ſigna tradentē adducamus. in laborante. n. astrictione, inquit, ex corpore ægre diffibili agnoscit, pariter & fluxus nōnullas notas exponit, ſed forte responderint: aduersus hominem, nō aduersus ſectam noſtrā obijcītis. Thessalum itaq; di mittētes ad propositū oſtēdendū reuertemur. Primū igitur cōmune quoddā argumētū in utraq; affectione ſumemus, ipsas neq; evidentes neq; ex ſe perceptiles eſſe declarans. deinde ſeparatim ipsarum ſingulā neutiſq; ex ſe cōprehendi poſſe cōfirmabo. Fatentur itaq; & ipſi nō omnē corporis densitatem, aut excretionis ſuppreſſionē astrictionem eſſe: nam rusticī concretionē laborant, non tamen astrictione. neq; omnis ſoliti excrementi cohibitio astrictione eſſe: nam & muliebre purgamentū cum ab prægnatione ſupprimitur, ſoliti ſanè excrementi retentio eſſe, neq; tñ ob id astrictione uocanda. item non omnis corporis laxitas & excretio fluxus eſſe: pueri nanc; & mulierculæ uiriq; nonnulli ſub umbra uictu molliore uisi, natura ſunt rariores, & quædā inutilis materiæ expulſio

**A**pulsio fluxus non est. præterea, quorum per alii deiectionem, aut lotium, aut sudorem, aut sanguinis profluum iudicatio fit, neq; ipsos fluxu laborare dixerint, alioqui suppressa esset excretionis. Qm ergo non omnis densitas & retentio astrictionis est, neq; omnis raritas aut excretionis fluxus, clarissime constat sola ipsa symptomata respicientem, fluxum aut astrictionem, deprehendere non posse, sed ex alijs quoq; dijudicandi sunt. quemadmodum enim & alia symptomata, naturalia sunt, an præter naturam, non ex se ipsis sed ex alijs percipiuntur, ad eum sanè modum & astrictionis & fluxus dignoscendi sunt. per hæc autem huiusmodi sententia manifestabitur. naturalia symptomata & præter naturam magna similitudine inter se conueniunt, eadem namq; his naturalia, illis præter naturam sunt, ut ater color præter naturam similis est atro colori, qui naturalis sit, nobis quidem præter naturam, sed Indorum genti naturalis. Figuræ quoq; non naturales naturalibus sunt persimiles, nōnulli namq; magis, quam alijs, extortos habent artus. acuminatae nares & oculi caui quibusdā mortifera signa sunt, alijs vero hæc eadem cōgenita. Motus uero ac eius parentia si uoluntatis imperiū sequentur, naturales dicitur: si inuoluntarie in corpore fiant, præter naturam. Per hæc manifestum est eadem tantum symptomata attendantes non posse ingenitum ab extraneo dignoscere, sed in nonnullis agentem causam explorare opus est, quemadmodum de motu, utrū voluntarie, an inuoluntarie prodeat: sic etiam de colore. cum enim color ab humoribus oriatur, & ex colore sanguis appareat, considerandum est, num sanguis naturaliter affectus sit, id uero ex usu cognoueris: cum enim reliquum usum sanguis minime impeditum præbet, neq; grauat, neq; distendit, nativum esse colorem dixeris. Verum figura num salubriter & secundum naturam sese habeat, ex membris ipsis utilitate percipies, ut in extortos artus habentibus. Nonnulla sanè & ex loco, in quo fiunt, an naturaliter habeant, dignoscitur. Densitas & raritas istius generis sunt, ut nonnullis ingenitæ, alijs præter eorum naturam sunt. nam senum densitas ipsis quidem ingenita est, sed pueris extranea: contra pueris raritas naturalis est, senibus autem uiolenta. nonnullis præterea ex uitæ ratone spissescit cutis, ut rusticis, ob cœli statum, aut curas urgentes: alijs, qui nihil minus naturaliter habent. quocirca fieri nequit, ut solam corporum densitatem, fluxumq; spectantes eorum affectiones comprehendere possimus. Oportet igitur in aliud quippiam hæc referentes ita, secundum naturamne sint, an uitiosa, dijudicare. ipsis enim ita dicere solent: moderatione excessuq; naturalia accidēta ab extraneis distinguimus. quando enim corpus moderate densum rarumq; fuerit, recte ualeat animal: cum uero istorum alterutrum increscens modum superat, morbo uexari necesse est. Aduersus quæ ita respondendum est, Moderatum modoq; carens pro varijs affectionibus uariare. q; si ab excessu uitia iudicentur, non ex se comprehensibilia esse constabit. Deinde sic etiam eorum ratio confutatur: Moderatum atq; immodicum non est euidentis, sed ab effectis agnoscitur: si iuuat, moderatum est: si nocet, immodicum. qui fiat autem, ut moderatum atq; immodicum, non euidentis sit, ab ipso uero comprehensa sint euidentia. Verum, si & ex facultate moderatum immodicumq; cēsetur, neq; sic tñ immodicum perspicuum fuerit. facultas enim conspicua non est. immodico aut non euidente, iam proculdubio neq; cōunitates apparebunt, quandoquidem & ipsæ immodica quædam sint. Amplius in istos dicendum est: Nihil secundum naturam aut præter naturam existens, quod secundum naturam, aut præter naturam sit, est euidentis. dolor namq; & id genus alia præter naturam euidentia quidem sunt: at medici, non quæ sint, sed q; præter naturam sint, cognoscere uolunt. siquidem acutus nasus & caui oculi cunctis hominibus perspicite apparent, secundum naturam uero, an præter naturam sint, solis id medicis patet. hoc enim uulgo medici præstant, q; ex euidentibus occultum quiddam eliciunt, quod uulgo negatū est. Amplius: Quod præter naturam est, euidentis non est, quare communitates, cum præter naturam sint, euidentes non erūt. Illud etiam cōsiderandum est, num quippiam unq; medicū accersierit, quia spissitate raritatēue immodica uexatus sit. q; si nemo unq; cōunitates sensu perceperit, quod modo rationi fuerit consentaneum eas esse euidentes afferere: cōunitatibus itaq; nō apparentibus, quare ipsis artem euidentium communitatum notitiā esse definiunt.

Quod astrictionis Methodorum non sit euidentis. Cap. 27.

**A**T uero in presentia separatim cōtra ambas affectiones disputabimus: atq; in primis de astrictione loquemur. Hanc igitur densitatem, & necessariorum excretorū suppressionē esse decernunt. Cæterum, quæ suppressuntur, aut noxia sunt, aut utilia, aut neutra. si sint utilia, ea excernere absurdum est: si neutra, constat iam neq; morbum esse. Dicendum igitur superest, cum retenta nocent, astrictionem esse: quæ laedunt uero, causæ sunt. inde fit, ut ex causarum anticipata notitia astrictionis comprehendatur. nam, ut astrictionem adesse cognoscamus, suppressa nocere præsciendum est, sed cum nocentium notitia simul & causarum concurrit agnitus. quinimum nocentium cognitio causarum est comprehensio, itemq; ipsa nocentia, quæ utiq; causæ sunt, non ex se ipsis in notitiā ueniunt. quare non solum astrictionis ipsa non est euidentis, sed neq; illa etiam, ex quibus astrictionis dignoscitur.

Fluxum Methodorum non esse per se notum. Cap. 28.

**F**LUXUM autem definientes, corporis immodicam rarefactionem, & eorum, quæ manere debuerant, excretionem esse testantur. at immodicam rarefactionē non ex se posse cōprehendit Isagogici.

## GALENI DE OPTIMA SECTA

52

declaratum est. quæ excernuntur autem, retineri debeant nec ne, unde percipiunt: non enim ex se ipsis perceptilia sunt. Atque sic efficitur neq; fluxum, quantum in se est, comprehendendi posse, si quidem, ut fluxum dignoscamus, ante familiare conueniensq; sciamus, oportet: familiare autem ex usu percipitur, usus ex multis successibus, hi tandem ex seipsis. Quamobrem non ex se comprehensus fluxus quo modo recte euidēs dīcī possit: quodq; rationales cognitu obscurissimum esse affirmant, id ferè methodici (si dijs placet) clarum patensq; esse contendunt, quandoquidem ab his uocatus fluxus ab appellata apud priscos colliquatione, nisi nomine, nō differat. Colliquationem uero atq; excretionē difficulter adeo prisci illi distinguī posse censebant, ut Erasistratus palām difficillimū id esse iudicū fateatur: atq; hæc uerba pronunciat: Sanè perdifficile est excretionem colliquationemq; discernere. sed Hippocrates laboranti, egre, aut leuiter ferēti, iudicium commitit, hæc inquiens, Si qualia purganda sunt, purgentur, iuuat, & leuiter ferūt. Quapropter, cum duo ueteres medici inter se de principatu certantes hac in opinione consentiant, excretionē uidelicet ab eliquatione uix posse distinguī, ex ipsisq; unus neq; signū ullum excretionis posuerit, sed solam rei difficultatem ostenderit, alter ad regulam fermē imperceptilem iudicium trāstulerit, quo modo id methodici perspicuum euīdensq; putabunt: Præterea qua se ratione fluxum in his, quorum corpora ob insensilem perspirationem dissipantur, percipere dicent: non enim ex corporis macie id assequi ualent. siquidem non solum profluuiō inanita corpora, uerum etiam suppressis mēsibus adstricta tabescant. tumefactio etenim nō adstrictione solum illis refētis, que excerni debuerant, sed etiam fluxu fusis humoribus, & corpora distendentibus efficitur. non idē autem esse corporis maciem sensilem, & fluxum, hoc sanè modo patere poterit: si macies sensilis est, maciei uero contraria est tumefactio, atq; unum unitatum aduersatur, fluxui nō tumefactio, sed adstrictio cōtraria fuerit. at, si adstrictionem tumefactionemq; idem esse affirmant, ipsos definitionum contrarietatem indicare opus est. aiunt. n. adstrictionem, inculcationem, arctationēq; corporū esse. est igitur arctatio conculcatioq; corporum, adstrictio: at tumefactio eorūdem fusio atq; distentio. distenduntur aut̄ multitudine aut̄ fusione corpora. constat igitur, q; diuersæ sint tumefactio atq; adstrictio. Si fatētur aut̄ maciem à fluxu distare, & tumefactionem ab adstrictione, morborum communia non ex his deprehendi fatentur, affectionumq; notitiam ab alijs nō ex se ipsis emergere: cum ex macie tumoreq;, quæ ab affectionibus differunt, oriatur.

*Falsa quorundam opinio de modo dignoscendi fluxum impugnatur. Cap. 29*

**N**Onnulli dicunt in hisce corporib; quæ insensili perspiratione dissoluuntur, fluxum ea cōiectura dignosci, quòd mollia sint corpora fragilia atq; effeminata. Quorum opinio ita refutanda est: Si corpora durata fuerint, & circuntenta, fluxum adesse negabunt, quem tamen ipsos fateri necesse est, nam si tales forte ægroti fuerint, quales narrauit Hippocrates, per summam indigentiam ad hoc deducti, ut dura sit cutis & circuntenta, aliaq; adslint, qualia his, qui discutiuntur, dissipanturq; euēnire solent, utemurne uictus ratione dissipatis corporibus conueniente: id utiq; cōcedant, necesse est quo modo igitur ex raritate fluxus percipitur: nam tentione duritiaq; p̄sente nihilosecius effluuium aderit.

*Quod communia nihil iudicent etiamsi evidentia sunt. Cap. 30.*

**D**einceps uero demonstrare quispiam poterit communites, etiam si evidētes sint, nihil tñ utilē demonstrare. idq; ita sanè probauerit, diuersa esse dīcēs, ipsa cōmunia indicare, aut indicare ualentia ex cōmunitib; deprehendi. Methodici sanè ipsa cōmunia indicare affirmant: nos uero cōmuniū notitiam ad ea percipienda, quæ particulatim indicare ualent, conducere asserimus: atq; p̄cepta, quodammodo communia cum sint, particularium cognitionem ostendunt. in eo nanq; p̄cepto, Spontinæ lassitudines morbos nunciant, relationem particularis spōtinæ lassitudinis ad multitudinem comprehendimus. illam enim dictiōnem, morbos, prout p̄sens sensus exigit, in hanc, multitudinem, scilicet conuertere opus est: Vniuersi igitur cognitio particularis utile indicare ualentis notitiam subministrat.

*Quid artis p̄cepta declarant. Cap. 31.*

**N**E putet autem quispiam nos eius esse sententiæ, ut ex p̄ceptis palām utilium demonstratiua percipiātur. neq; enim ex p̄ceptis occulta prodūtur, quorū usū ad curationem, tanq; indicantū, indigemus, sed occultorū ab evidentia relationē manifestant. ita uero diligentius p̄ceptorū usū ex hoc ipso discemus, lassitudines temere oriētes nunciant morbos, tale instituētes rationē: lassitudinē igitur temere euēnientē manifestā esse uel rudes etiā homines sciunt, per huiusmodi aut̄ lassitudinē humoris copiam significari imperitos quidē latet: abditū. n. est, sed nouerunt arte callentes, spontinæ lassitudinis cū plenitudine cohārentiā intelligentes: ab ipsis nanq; spontinæ lassitudinis cum plenitudine cognitione permotus p̄cepti illius conditor, plenitudinisq; effectum esse spontinæ lassitudinē cognoscēs, ipsum literis cōmendauit. causarum. n. duplēcēm cōmuniſſimam differentiā cū sciret, ipsarū aliquas uidelicet in nostro corpore contineri, aliquas exterius accedere, necessariū putauit, cum aliqua externa causa desit, nos lādi aliter minime posse, nisi intestina aliqua causa delitescat. Qm uero, quæ in corpore sunt grauātia, materiē copia grauāt, mediocris. n. materia neq; grauat, neq; ullo pacto diuexat, in unā ratiocinationē hec omnia redigens